

necessitas venerit, abbatem eligendi, et ut à nullo Episcopo de dominicalibus mansis ejusdem monasterii decimæ exigantur, neque à comite, vel ex qualibet judicaria potestate Coloni eorum ac liti ad justitiam faciendam aliquo banno constringantur, sed coram advocatis ejusdem loci justitiam facere cogantur, sicut anteriorum Francorum Regum temporibus præfato monasterio concessum fuisse cunctis fidelibus nostris liquido patet. Et ut hæc auctoritas nostræ largitionis firmiter habeatur, atque per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur, et ne deinceps hinc aliqua dubietas fiat, nostra propria manu subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Domini Henrici Serenissimi Regis.

Simon Notarius ad vicem Herigeri Archicappellani recognovi et sss.

Data X Calend. Martii anno Incarnationis Domini Dccccxxii Indictione X anno autem regni gloriosissimi Regis Henrici III actum in villa, quæ dicitur Quitilingaburg in Dei nomine feliciter amen.

Genus Machtildis Regina (cujus rogatu Rex Corbeiensibus exinde certe  
Mathildis risque religiosis familijs tam largè benefecit) & formæ pulchritu-  
conjugis dine, & morum elegantia, & nobilitate pietateque clarissima per id  
Henrici. tempus matrona erat, quæ Theodorico patre comite Oldenburgico  
*Grantz. l. 3.* & Ringelheimio genita, tam in eo genus ad Widekindum M. refere-  
*Sax. c. 11.* & <sup>12.</sup>  
*Widekindg.* bat, quam Henricus per Ludolphum avum Saxoniam ducem, Condi-  
*lib. 1. Saxon.* toremque monasterij Gandersheimensis; sed pietate & religione  
*Otto Fris-* multò illustrior, Conditrixque multorum cœnobiorum. Ea ex con-  
*sing. lib. 1.* juge Henricus Rex suscepit Ottонem M. Imperatorem, Henricum  
Bavariam ducem, Brunonem Coloniensem Archiepiscopum & Lo-  
tharingiam ducem, magnos illos Saxoniam Germaniamque heroës, &  
tot inde Regum genitores; tanquam Deus tam piorum parentum  
munificentiam in Ecclesias & religiosorum familias tanta filiorum  
ac nepotum felicitate remunerârit.

## Annus Christi 923.

Joannis X Pont. 12.

Hentici I Reg. Germ. 5.

Unwani Ep. Pad. 5.

*Flodoardus* Et clarior inde fortunatiorque Henricus, Regum ea tempesta-  
*Regin. cont.* te potentissimus, eoque à Ruperto Galliarum Rege, quem pars proce-  
*Sigebertus* rum elegerant, ejus amicitia ambita; ad eamque firmandam ad Ru-  
*Marianus* ram amnem in Ripuaria convenere. Quâ in Regni Galliæ pertur-  
*Scotus.* batione Carolus Galliarum Rex ab Heriberto Comite captus, & in  
carcerem detrusus est, in quo & miseram vitam post sexennium clau-  
sit, Germanici regni potentia per hæc crescente; siquidem Sax-  
oniæ Henricus haud multò post integrum Lotharingiam Regnum  
adjecit.

Annus